



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. An causa, demonstratio, vel modus adjectus contractui matrimoniali
ipsum vitier, vel suspendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

sint, & servanda, si quis cum duabus sub conditione honesta, & contingente contrahat. Respondetur, si sponsalia de futuro cum duabus contracta dicto modo fuerint, priora valida erunt, etiam si posteriorum conditio prius purificetur, quia taliter contrahens nec licite, nec valide potuit posteriora sponsalia contrahere, ad conditionis eventum expectandum per priora sponsalia obligatus, nisi illa prorsus dissoluta fuissent. Si vero matrimonium de presenti, sub conditione tamen honesta & contingente cum duabus contraxit, illud validum erit, cujus conditio prius impletur, modo contrahens consensum in alterum matrimonium, ante eventum ullius conditionis, non revocaverit, quamvis enim licite non agat, taliter cum duabus sub conditione tali successive contrahendo, valide tamen hunc contrahere, negari non potest, & quia consensus absolutus praevalet consensui conditionato, per eventum autem conditionis factus fuit consensus absolutus, consequenter hic praevalet consensui sub conditione, quae nondum evenit, adhuc pendenti. Quod si tamen simul impleatur utraque conditio, neutrum matrimonium valet, cum in tali casu consensus non adsit in determinatam personam, sed tam in illam, quam in hanc feratur. Haec tamen omnia vitari facile possunt per assistentiam prudentis Parochi, tales condiciones in contractu matrimonii non permittentis.

§. V.

An causa, demonstratio, vel alius adiectus contractui matrimonii ipsum vitiet, vel suspendat?

Respondetur, si causa, vel demonstratio adiciatur tali contractui matrimoniali, sive turpis illa, sive honesta sit, sive repugnet substantiae matrimonii, sive non, sive vera, sive falsa sit, per se nunquam suspendit, aut vitiat matrimonium, sed semper habetur per se adiecta, & matrimonium valet, neque enim per adjectionem talis cause, vel demonstrationis tollitur consensus necessarius ad contrahendum matrimonium, cum ea non se habeat per modum obiecti (quo in casu esset error personae) sed tantum declarat, quam opinionem habeat de persona, cum qua contrahitur. Modus vero adiectus contractui matrimoniali non vitiat quidem, nec suspendit illum, nisi sit contrarius substantiae, et bonis matrimonii, cum per talem modum adjectionem obligatus quidem contrahens ad modum illum perhibendum, non tamen contractum suspendat, vel si turpis ille sit, aut impossibilis, non adiecto habeatur, sed per se, quod alius modus habeatur, alius est conditio, de qua loquendum erit, prout de conditionibus dictum est.

§. VI.

De conditionibus adiectis in aliis contractibus.

Variis sunt conditiones, quae hinc inde contractibus adjungi possunt, & i